Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



HIC IACOBVS DE CONFESSIONE.

Ait: Confitemini alterutrum peccata uŕa & orate pro inuicem ut saluemini. In hac autem sententia illa debet ce discretio ut cotidiana leuiaq; peccata alterutrum coequalib; confiteamur. eorumq; cotidiana credamus oratione saluari. Porro grauioris lepre immundiciam iuxta legem sacerdoti pandamus. atq; adei arbitriū qualiter & qn to tempore uisserit purificari curemus. Hinc & dauid ait: Reuela domino uiam tuam. & spera in eum. Velum quoddam e: densitas peccatorum unde uia idē uita nŕa tenebrosa amictus circumdatione uestita est. Hanc reuelamus. quando delicta nŕa tenebrosa proprissime confitemur. Item ipse dauid. Confitemini domino quō bonus. quō in seculum misericordia eius. Confessionem istam ad medicinam peccatoribus applicandam designat. s; & hoc quoq; ad preconium domini pertinere non dubium est. quando maior gloria est pietatis confitenti parcere. quam uiuenti sine offensione prestare. Et ne aliquis deculparū suarum numerositatib; terreretur addidit. quoniam bonus. Quis enī dubitet adeum recurrere. quem sibi audit posse celerrime subuenire. addidit. quoniam in seculum misericordia eius. Audito bono domino. ne se humana neglegentia abstudiosa & sedula supplicatione suspenderet remediū causam dicit. ut ad confessionem celerem domini debeat munere festinare. Confiteamur g domino nro fis. quia bonus est. & peccata dimittit. Humilitatis testimonia sunt. & iniquitatem suā quemq; cognoscere. & cognitam uoce confessionis aperire. Vsitatum humani generis uitium e. & labendo peccatum committere. & cōmissum non confitendo prodere. s; negando defendere. atq; conuictum defendendo multiplicare. Indicia g uere confessionis sunt. si unus quisq; se peccatorē dicit. id de se dicenti etiam alteri non contra dicit. Scriptum est. uis inprincipio accusator est sui. Curandum summope est. ut mala que fecimus. & sponte fateamur. & hec alīs arguentib; non negemus. Superbie quippe uitium e. ut quod se fateri quisq; quasi sua sponte dignatur. hoc sibi dici a aliis dedignet.

De compunctione.

COMPVNCTIO CORDIS EST HVMILITAS mentis cum lacrimis exoriens. de recordatione peccati. & timore iudicii. Iua est conuersis pfectior compunctionis affectio. que omnes ase carnalium desideriorum affectus repellit. & intentionem. qua propter dm suam toto mentis studio indi contemplationē